et experti sumus. Et sic non sub primo sed sub
paliuro spinis tribulationum pungimur.
Et ipse viam universe carnis cum omnibus
fere qui in suo fuerant comitatu ingressus
sepulturam habuit gloriosam in ecclesia B
Johannis maioris lateranensi concilii. hac
atque illac prout opportunit sepultis. Refe-
rentibus qui interfuerunt aliquibus audiuimus
quia portuensis episcopus Cardinalis apud
B Rufinam. multa eum fouebat diligentia
tam defunctum quam viuum. Iste episcopus
et abbas noster ecclesiam B leonhardi de-
dicauit quinto nonas may Item duas
criptas nostras duodecim videlicet aposto-
lorum et omnium sanctorum undecimo et decimo
kalendas octobris Anno domini 1224 Rex-
it annis septem sex dierum minus. et Obyt
anno 1226 decimo 4to kalendas octobris

**Nunc de electione Cunradi abbatis qui
tam lincea prudentia ne statuta romani po-
tificis frangeret a fratribus in noctis conuiuio
absque scitu secularium eligitur et quo postea
rexit et primas preces regales aduocatie
causa regi recusauit omni pudore post-
posito et sic aduocatiam obtinuit.**

De scriptis in superiori pagina ta-
libus antecessorum nostrorum abba-
tum venerabilium. attendentes quoniam
omnis scriptura diuinitus inspirata utilis
est ad legendum et ad audiendum quia au-
dientes ad benefaciendum quandoque maiores